



N. Hemmingius
Assertiones
de
Prædestinatione.

Hafniæ 1563.




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 778 8° copy 1





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 778 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 778 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 778 8° copy 1


3. - 135..

DA Box

LN 778

ex. 1





AS

PRÆ
De

N


E
L

ASSERTIONES
DE
PRÆDESTINATIONE
Dei æterna in disputatio-
nem propositæ

A
Nicolao Hemmingio
in Decembrj

Anno


1563.



Hafniæ,
EXCVDEBAT
Laurentius Benedict.

1563.

599



E æterna dei prædestinatione & electione hominum ad vitam beatam & immortalem rectè erudiri ecclesiam summoperè necessariū est. Nam vt nulla doctrina vberio- rem consolationem pijs conscientijs adferre potest quàm doctrina prædestinationis rectè explicata : Ita nihil periculosius est quàm a vera prædestinationis ratione aberrare.

Quare ne à modo prædestinationis & electionis quem nobis commendat scriptura aberremus, summo studio cauendum est. Nam qui à vero modo deflectit in præcipitium fertur, vnde se recipere non potest.

Sunt



3

Sunt quidam, qui cum audiunt nostram salutem in Dei electione & proposito sitam esse & modum verum haud observant, somnia stoica & tabulas Parcarum fingunt: quibus & seipsos miserè implicant, & alios periculosè seducunt.

4

Nam fieri aliud nequaquam potest quàm, ut is qui fatales libros de saluandis & perdendis imaginatur, vel Hypochrиси vana turgeat, vel Desperatione perniciofa tabescat.

5

Quidam enim carnalis cuiusdam securitatis ansam arripientes, in quævis scelera licentiosè ruunt: sibi quidem ipsis in certam perniciem alijs verò in graue scandalum.

A 2

Non

6

Nonnulli in contrarium malum feruntur: qui cum contra verbum dei particularem gratiae promissionem somniant, in desperationis baratrum demerguntur: in quo eos aeternum perire, nisi maturè dextera dei erecti resipiscant, necesse est.

7

Quapropter, cum audimus verbo Dei nobis praedestinationis mysterium commendari, simul in verbo dei praedestinationis modum cum sua vera causa quaeramus: quem si rectè tenuerimus, summam consolationem praedestinationis doctrina nobis adferet: Et erit non solum veluti calcar quoddam ad omnia pietatis exercitia: Verum etiam ut sacra quaedam ancora in mortis articulo.

Mo₂

Me
Verissim
common
scribit.
ante con
nos sanè
dilection
in adopt
IESU
DILE
redempti
Item, pr
CHRIS
tem asc
dum pr
ratur se
sue, ut
eius qu
STO.

Modus autem prædestinationis
 verissimus est, quem Paulus nobis
 commonstrat cum ad Ephesios ita
 scribit. Elegit nos in **CHRISTO**
 ante constitutionem mundi ut simus
 nos sancti & inculpati coram ipso in
 dilectione. Item, prædestinauit nos
 in adoptionem per **CHRISTVM**
IESVM. Item, Gratos nos fecit in
DILECTO: in **QVO** habemus
 redemptionem per sanguinem eius.
 Item, proposuit ^{verificare} intelligere omnia in
CHRISTO. Item, In **QVO** in sor=
 tem asciti sumus, prædestinati secun=
 dum propositum eius, qui omnia ope=
 ratur secundum consilium voluntatis
 suæ, ut nos simus in laudem gloriæ
 eius qui ante Sperauimus in **CHRI**=
STO. Item, In **QVO** & credentes

A 3

ob=

obsignati estis spiritu promissionis
sancto qui est Arrabo hereditatis
nostrae.

9

Hic Paulus clarissimè modum
prædestinationis definit, dum pro-
nunciat Deum prædestinasse nos sa-
luti per **CHRISTVM** & in
CHRISTO. Per **CHRISTVM**
quidem vt mediatorem & λυτρωτήρ.
In **CHRISTO** verò vt in ca-
pite & cum capite: cuius membra
efficimur per fidem, quam Euange-
lium promiscuè omnibus prædicat.

10

Prædestinauit igitur nos Deus
non exarando fatales libros cum Ze-
nonis familia, sed statuendo iuxta
consilium voluntutis suæ modum
salutis consequendæ per **CHRIS-
TVM** & in **CHRISTO**.

In

In
cluditur
Christo,
ideo ele
STI f
Q
necessari
plurima
Paulus
natione
inculcat
cemus
tur in
stitium
ex fide
iustitia
uenit.
sed ex

In hoc modo conditio fidei includitur. Nam cum fide inserimur Christo, eius membra efficimur, atque ideò electi quia membra CHRISTI sumus.

Quàm autem hæc conditio sit necessaria ex ordinatione diuina, plurima sanè declarant testimonia. Paulus Rom: 9. Vbi de prædestinatione disputat, hanc conditionem inculcat inquit: Quid igitur dicemus? Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam, inquam, quæ est ex fide. Israel verò sectans legem iustitiæ ad legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed ex operibus legis. Hanc con-

ditionem repetit Apostolus in decimo capite, & saepe aliàs eam urget Col: 1. Si modò in fide permanetis fundati. Heb: 3. participes facti sumus Christi si modò inchoatam fiduciam vsq; ad finem firmam teneamus. 1. Timot: 2. Mulier saluabitur si permanserit in fide.

13

Necessitatem huius conditionis Apostolus ipse de se loquens ostendit cum ait: Væ mihi si non euangelizem. Item, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar. Si igitur Paulus electum Dei organum ex fide obedientiam erga deum non præstitisset, fide excussa gratia excidisset, reprobus sua culpa effectus. Ieremias idem verbis domini

mini incu
tiam eger
cutus sun
ego panni
gitant vt
lum in oc
cem me at
bono quoc

Hi
stinatione
STVM
tam esse,
tionem fi
atq; ideo

Ex
hanc pra
finitione
natio de

mini inculcat. Si, inquit, pœnitentiam egerit gens illa à malo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis vt non audiant vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei.

14

Hinc manifeste apparet prædestinationem diuinam per CHRISTVM & in CHRISTO ratam esse, & requirere à nobis conditionem fidei qua Christo inserimur, atq; ideo electi censemur.

15

Ex his quæ hæctenus diximus hanc prædestinationis extruamus definitionem. Prædestinatio est ordinatio dei qua ipse ante constitutionem

A 5

mun-

mundi secundum beneplacitum &
consilium voluntatis suae per CHRI-
STVM & in CHRISTO destina-
uit vitae aeternae OMNES in Chri-
stum redemptorem credituros, ut
sint sancti & inculpati coram ipso,
utq; laudem gloriae gratiae ipsius
praedicent in omni aeternitate. Huic
opponitur reprobatio, qua reijciun-
tur & arcentur ab aeterna vita, &
mancipantur aeternis poenis quotquot
in Christum credere recusant, &
quicumq; in fide Christi ad finem vsq;
vitae non perseverant. Huius re-
probationis causa est peccatum ho-
minum, & iustitia Dei iuste pu-
nientis transgressores qui ad pro-
piciatorium hominibus à Deo pro-
positum non confugiunt.

Por-

Por-
requirimus
amus erro-
rum, de p-
ritis huma-
hoc sequit-
ex lege d-
sit. Nam
prerogati-
ta operum
san falso

Nam
tionis in
nachi, se
Paulus e-
cat: Au-
Dei vol-
Dei ergo

Porro cum conditionem fidei
 requirimus, simul Pharisaeum taxamus
 errorem de dignitate personarum,
 de prerogatiua carnis, de meritis
 humanorum operum. Vnde &
 hoc sequitur quod nec ex ratione nec
 ex lege de hoc mysterio iudicandum
 sit. Nam, ut ratio dignitatem &
 prerogatiuam carnis: Ita lex merita
 operum Hypocritis electionis causam
 falso statuere videtur.

Non est itaque causa praedestinationis
 in nobis, ut falso opinantur monachi,
 sed in Deo: quam causam Paulus
 ἐνδοξίαν voluntatis Dei vocat:
 Augustinus misericordissimam
 Dei voluntatem. De hac voluntate
 Dei erga homines ubi certo constiterit,

rit, prædestinationis nostri fundamē-
tum habemus immotum. Nam Deus
omnia, vt Paulus testatur, secundum
consilium huius suæ voluntatis ope-
ratur.

18

Hæc dei voluntas misericordis-
sima nō est nobis incognita aut tecta,
sed tradita est & reuelata nobis voce
Euāgelyj. Et in quatuor potissi-
mum cernitur: IN MISSIONE
FILII, IN PROMISSIONE,
IN MANDATO ET IN OB-
SIGNATIONE GRATIÆ.

19

MISSIO FILII locupletissimum
testimoniū paternæ voluntatis Dei
erga nos est: iuxta hanc vocem filij.
Sic Deus dilexit mundum vt filium
suum vnigenitum daret, vt omnis
qui

qui credit
beat vitam
mendat D
nos, quod
tores Chri
Huius it
factio est
tius mundi
tetur se pla
vt ipsum a

Neq
met missu
vt quosdam
re humano
totius mu
illud: Ec
cata muna
stram na
natura na

qui credit in eum non periat, sed ha-
beat vitam eternam Rom: 5. Com-
mendat Deus charitatem suam erga
nos, quòd cùm adhuc essemus pecca-
tores Christus pro nobis mortuus est.
Huius itaq; λύτρον sufficiens satis-
factio est & expiatio peccatorum to-
tius mundi. Per hunc enim pater fa-
tetur se placatum esse, & iubet seriò
vt ipsum audiamus.

20

Neg est quòd quisquàm existi-
met missum esse filium in mundum
vt quosdam selectos tantùm de gene-
re humano redimeret, sed potius vt
totius mundi peccata tolleret, iuxta
illud: Ecce agnus Dei qui tollit pec-
cata mundi. Nam vt communem no-
stram naturam assumpsit, & cum
natura nostram causam in se recepit:
ita

ita palàm ipse de se ait: Filius homi-
nis venit saluare quod perierat. Iam
autem non pauci aliquot perierant de
genere humano, sed totum genus hu-
manum. Quemadmodum igitur in
Adamo omnes lapsi sumus: ita cum
Adamo datur omnibus promissio se-
minis contrituri caput serpētis. Hinc
Ioannes. Christus apparuit vt de-
struat opera Diaboli. Quapropter
fidelis sermo, vt Paulis ait, & omni
approbatione dignus est, quòd Chri-
stus Iesus venit in hunc mundum pec-
catores saluos facere.

21

Quòd autem euentus (prob do-
lor) non respondeat voluntati pa-
tris mittentis filium & desiderio fi-
lij deriuantis in se pœnam peccati, id
fit propria hominum malitia qui à
patre

patre clem
mitati v
modum Cl
cum ait: I
verò electi.
& fructus
ideo expell
vt qui re
beant.

PRO

que vere
voluntate
tris celest
pertinent
sunt bac
mei, qui
qui vidit
habeat v
Sic non

patre clementissimo ad nuptias filij
inuitati venire recusant: quemad-
modum Christus ipse conqueritur
cum ait: Multi sunt vocati, pauci
verò electi. Hoc est, pauci credunt
& fructus pœnitentiæ edunt, atq;
ideò expelluntur de domo nuptiarum
vt qui vestem nuptialem non ha-
beant.

22

PROMISSIO GRATIÆ,
quæ verè vniuersalis est, similiter
voluntatem misericordissimam pa-
tris cœlestis nobis commendat. Huc
pertinent plurima dicta: inter quæ
sunt hæc. Hæc est voluntas patris
mei, qui misit me, vt OMNIS
qui vidit Filium & credit in eum
habeat vitam æternam. Matth: 18.
Sic non est voluntas ante patrem
meum

meum qui in cœlis est vt pereat vnus
de pusillis istis. 1. Timot: 2. Deus vult
OMNES homines saluos fieri
& ad agnitionem veritatis ve-
nire. 2. Pet : 3. Deus longanimis
est erga vos, non volens vllos pe-
rire sed OMNES ad pœnitenti-
am recipere. Huc & illud prophe-
ticum pertinet. Nolo mortem pecca-
toris sed vt conuertatur & viuat.
Hinc diuus Bernhardus: Prodit in
lucem ad miseri consolationem mag-
num consilium, quod ab æterno la-
tuerat in sinu æternitatis, quòd nolit
videlicet Deus mortem peccatoris
sed magis vt conuertatur & viuat.

23

Hac promissio gratiæ, vt est
vniuersalis; ita etiam est gratuita,
sola fide accipienda. Vtrumq; per-
spici-

spicue doc
ubi exclu
tiam car
concludit
deseri. 2
ctio Iude
minus om
qui inuoc

H

Typi quor
cum filio
Isaac, &
Esau in r
in hunc m
In comm
spectant
sunt ex se
bentur ill
in rebus

spicue docet Paulus ad Rom: 9. 10. 11
ubi excludit aperte omnem preroga-
tiuum carnis & operum merita, &
concludit omnem qui credit non pu-
desieri. Non est enim (ait) distin-
ctio Iudaei & Graeci. Idem enim do-
minus omnium diues in O M N E S
qui inuocant ipsum.

24

Huc faciunt pulcherrimi illi
Typi quos idem Apostolus proponit,
cum filios Abrahæ Ismabelem &
Isaac, & filios Isaac Iacobum &
Esau in medium adducit: qui typi
in hunc modum accommodandi sunt.
In commodis certis ad hanc vitam
spectantibus, non omnes qui nati
sunt ex semine Abrahæ & Isaac ha-
bentur illorum filij. Multò minus
in rebus spiritualibus censebuntur
B filij

filij qui ab istis sanctis patribus or-
tum ducunt. Quocirca quemadmo-
dum in commodis ad hanc vitam
spectantibus, tantum illi reputantur
filij de quibus sancti patriarchæ ha-
bebant promissiones : vt Abraham
de Isaaco, & non de Ismaele, Isaac de
Iacobo & non de Esau : ita in re-
bus spiritualibus solum illi sunt A-
brahæ filij censendi qui promissioni
gratuitæ credunt, & non illi qui
prærogatiua carnis tument.

23

Neq; aliud vult conclusio A-
postoli: Non est igitur volentis neq;
currentis, sed miserentis Dei. Nam
huius conclusionis hic sensus absq;
dubio est verissimus. Non est vo-
lentis neq; currentis, videlicet se-
cundum carnem, quia voluntas car-
nis

nis & a
rogatiua
rum.
sericordi
Sed est
cundum
dentis.
sunt cre
& hic
cordiam
diain
Quid h
proposi
filios e
esse ha
S
omnes
Abra
stolus

nis & cursus carnis nituntur præ-
rogatiua carnis & meritis ope-
rum. Atq; idè aduersantur mi-
sericordie Dei & merito Christi.
Sed est volentis & currentis se-
cundum promissionem: hoc est, cre-
dentis. Siquidem omnia possibile
sunt credenti. Nam hæc voluntas
& hic cursus commendant miseri-
cordiam Dei, adeoq; sola misericor-
dia in Christo promissa nituntur.
Quid hinc iam efficitur? Illud, quod
propositum erat ab Apostolo non
filios carnis sed filios promissionis
esse hæredes.

26

Sunt autem filij promissionis
omnes qui credunt promissioni vt
Abraham credidit. Nam Apo-
stolus Rom: 4. definit filios pro-
missio

B 2

missio

missionis esse eos qui insistant ve-
stigijs fidei Abraham. Et ad Gal: 3.
Scitote (inquit) quòd qui credunt
hi sunt filij Abrahæ. Si filij sunt,
& hæredes secundum promissio-
nem.

27

Qui hanc vniuersalem gratiam
negant (quantum quidem ad volun-
tatem Dei paternam attinet) præ-
terquàm quòd Paulo adeoq; consen-
sui totius scripturæ se opponunt,
grauissime impingunt. Primum
enim tribuunt Deo $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\lambda\eta\iota\alpha\rho$.
Deinde fingunt in Deo contradic-
torias voluntates.

28

Sed quòd apud Deum non sit
 $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\lambda\eta\iota\alpha$ multa dicta testan-
tur. Deus enim semper bonam cau-
sam

sam com
condem
Fideles e
buet abu
Nihil p
quòd D
piat in
tentes o
sonarum

Qu
mendica
cipem a
tut in
persona
cum ha
aut me
Nunc a
diciari
lit in

qui insistent
am. Et ad Gal.
quod qui credunt
be. Si filij sunt,
nam promissio.

Jerusalem gratiam
idem ad volun-
m attinet) pre-
lo adeoq; consen-
se opponunt,
ont. Primum
προσωποληΐα.
deo contradicto-

Deum non sit
dicta restan-
per bonam cau-
sam

sam comprobat, & semper malam
condemnat iuxta hanc Regulam.
Fideles custodit Dominus & retri-
buet abundanter facienti superbiam.
Nihil proinde certius est, quàm
quòd Deus omnes pœnitentes reci-
piat in gratiam, & contrà impœni-
tentes omnes reiiciat absq; omni per-
sonarum respectu.

29

Quòd autem Deus Lazarum
mendicare voluit & Iosephum prin-
cipem Ægypti fecit, hoc non consti-
tuit in Deo προσωποληΐα. Nam
personarum acceptio in iudicijs lo-
cum habet vbi æqualibus inæqualia,
aut inæqualibus æqualia tribuuntur.
Nunc autem cùm Deus sibi hanc iu-
diciariam regulam statuit quòd ve-
lit in Christo OMNES credentes

B 3

sal-

saluare & quòd velit omnes con-
temnentes filium, & perseueran-
tes in delictis pœnis punire æternis,
nequaquàm personarum acceptor
est.

30

Præterea quòd non sint in Deo
contradictoriae voluntates ex eo ma-
nifestum est, quòd, vt ipse veracis-
simus imò ipsa veritas est: ita du-
plex cor damnet. Cùm igitur scrip-
tum est: Deus vult, OMNES
homines saluos fieri: Item, Deus
non vult vlllos perire, sed OM-
NES ad pœnitentiam recipere:
nequaquàm sunt harum propositio-
num contradictoriae admittendæ,
quæ sunt, Deus non omnes vult
saluos fieri, Deus vult aliquos pe-
rere,

rere, &
am recipere

Quon-
nancur m-
ri Deus
tionis &
spicimus
nullus pe-
considera-
contumaci-
ant. P-
os filios
est enim
tre. V-
rexerit
bis nec
hunc pe-
inter f-

rire, & non omnes ad pœnitenti-
am recipere.

31

Quomodo ergo (inquies) dam-
nantur multi cùm omnes saluos fie-
ri Deus velit? Si consilium crea-
tionis & missi filij in mundum re-
spicimus, verè voluntas Dei est vt
nullus periat. Verùm si euentum
consideramus, voluntas Dei est, vt
contumaces & impœnitentes peri-
ant. Pater terrenus vult omnes su-
os filios hæreditate gaudere. Hæc
est enim paterna storga in bono pa-
tre. Verùm si aliquis filiorum per-
rexerit esse contumax, vt nec ver-
bis nec flagellis emendari velit,
hunc pater hæreditate priuat, &
inter filios amplius non numerat.

B 4

Hu-

Huius rei typus in Deuteronomio proponitur. Si genuerit (ait Dominus) homo filium rebellem & proteruum qui non audierit patris aut matris imperium, & coercitus obedire contemserit, apprehendent eum pater eius & mater eius, & ducunt eum ad seniores ciuitatis, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius noster iste proteruus & rebellis est, monita nostra audire contemnit, Lurco & potator est, lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur. Nonne hic pater vult filium obrui lapidibus quem naturali storga charissimum habuit? Ad eundem planè modum Deus ex sua paterna bonitate vult omnes homines hæredes fieri vitæ æternæ: Verum

rùm cont
belles per

Dis
currate m
nam, qu
vocant,
num con
queus die

M
est tert
mus vol
conspici
Dei ven
mendat
volunt
pugnet
totus
vult p

rùm contumaces nihilominus & rebelles perpetuis pœnis vult obrui.

33

Discernendum est igitur accurratè inter voluntatem Dei paternam, quam theologi antecedentem vocant, & eam quæ sequitur hominum contumaciam. Quare & consequens dicitur.

34

MANDATVM (hoc enim est tertium in quo suprâ proposuimus voluntatem Dei erga homines conspici) similiter nobis voluntatem Dei verè paternam erga omnes commendat. Fieri enim non potest vt voluntas Dei cum mandato ipsius pugnet. Quapropter cum iubet vt totus mundus filium suum audiat, vult profectò vt omnes illum audi-

B 5

ant:

ant: vult vt ex auditu fidem concipiant. Prædicatio enim Euangelij requirit fidem. Vult deniq; vt credentes saluentur. Deindè filius, qui est sapientia patris, amandat discipulos suos in omnem terram cum hoc mandato: Ite in mundum vniuersum, & proclamate Euangelium OMNI creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui verò non crediderit condemnabitur. Hoc mandatum, cum sit vniuersale, clarè testatur Deum velle omnium hominum salutem, sed cum conditione fidei, vt indicat promissio mandato addita. Matth: ii. clamat Dominus: Venite ad me OMNES qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hic vtrumq; , hoc est, man=

mandatum
voluntate
OMNE
vocantem
sequantur

Fin
tatione
Dei eter
stimoniu
suis erga
mandat
& cred
audiant
ctificen

S
des dan
Sancti
nisi q

mandatum & promissio testantur
voluntatem Dei paternam esse vt
OMNES veniant ad Christum
vocantem, & OMNES in eo con-
sequantur salutem.

35

Firmissimè itaq; & sine hæsi-
tatione statuendum est mandatum
Dei æternum & vniuersale, esse te-
stimonium infallibile voluntatis ip-
sius erga homines. Cùm igitur
mandat omnibus vt audiant filium
& credant, vult reuerà vt omnes
audiant, credant, iustificentur, san-
ctificentur, saluentur.

36

Sed obijciet fortè aliquis: fi-
des donum Dei est, & opus Spiritus
Sancti. Ergo nemo credere potest
nisi qui diuinitus fidem acceperit.

Item,

Item, nemo venit ad filium nisi quem
pater traxerit. Hoc verissimum
esse fateor. Verum cum Paulus in-
quit. Fides ex auditu, auditus au-
tem per verbum Dei, significat or-
dinarium ad consequendam fidem
instrumentum esse prædicationem
Euangelij: in qua Deus iuxta suas
promissiones vult esse efficax, vult
trahere verbo & spiritu ad filium.
Sed multi trahenti patri repugnant,
cui poterant obedire. Hoc clare
comprobatur querela Christi in hunc
modum peruicaciam Iudæorum de-
flentis: Quoties volui te congrega-
re vt gallina congregat pullos suos,
& noluisti. Similem contumaciam
Stephanus suis iudæis obijcit. Duri,
inquit, ceruice & incircumcisi cor-
de & auribus, vos semper spiritui
sancto

sancto resisti
Esaiam: Te
meas ad pop
contradictio
nio & Pau
rum ostendi
sam reiectio
cludit.

Huc
quod Augu
sor & Pha
bis: Quan
mines eran
tem ambo
sam, am
posideban
ambo fla
Quid ergo
sos? nisi

sancto resistitis. Et Dominus apud
Esaïam: Tota die expandi manus
meas ad populum contumacem &
contradicentem. Hoc ipso testimo-
nio & Paulus rebellionem Iudæo-
rum ostendit, quam rebellionem cau-
sam reiectionis eorum fuisse con-
cludit.

37

Huc etiam facit exemplum
quod Augustinus de Nabuchodono-
sor & Pharaone proponit hisce ver-
bis: Quantum ad naturam ambo ho-
mines erant: Quantum ad dignita-
tem ambo reges: Quantum ad cau-
sam, ambo populum Dei captivum
possidebant: Quantum ad pœnam,
ambo flagellis clementer admoniti.
Quid ergo fines eorum fecit diuer-
sos? nisi quod vnus manum Dei sen-
tiens

tiens in recordatione propria iniquitatis ingemuit : alter libero contra misericordissimam Dei voluntatem pugnavit arbitrio.

38

Verum hic imprimis cauendum est ne quis peccandi petulantia & longa consuetudine, abusus benignitate Dei inuitantis se ad pœnitentiam, accersat sibi ipsi iudicium ut à Deo irato derelinquatur atq; à Deo permittatur ruere in reprobam mentem. Hoc cum fit homo ad verbum Dei obsurdescit, & sibi ipsi eam peccandi necessitatem imponit propria voluntate, ut iam aliud quam peccare non possit. Perinde enim illi accidit ac si quis se ipsum de cacumine montis præcipitem daret, vnde postea casum reuocare non valeret.

Ma^s

Matu
temperare o
liciteq; and
net) coran
vocantem
audire recu
incurrit.
vinculis p
tandem des
nia salutis
habet vul
non es hoc

OB
(huic em
ter ea in
nunt qua
erga om
paterna

Maturè igitur vocanti Deo obtemperare oportet, & resipiscere sollicitèq; ambulare (vt Propheta monet) coram Deo suo. Nam qui vocantem Deum per suos ministros audire recusat in contumaciae pœnam incurrit. Vndè fit vt magis magisq; vinculis peccati constrictus donec tandem dedoleat, susq; deq; ferat omnia salutis media. Hic proinde locū habet vulgo notus versiculus. Qui non es hodie cras minus aptus eris.

OBSIGNATIO GRATIÆ

(huic enim quartum locum tribui inter ea inditia quæ nobis ob oculos ponunt quàm sit paterna voluntas Dei erga omnes homines) clarissimè nobis paternam volūtatem Dei cōmendat.

Nam

Nam dum iubet baptizari OMNES GENTES vult verissime omnibus gentibus suam obsignari gratiam & misericordissimam voluntatem. Nunquam enim gentes omnes inuitaret ad baptismum nisi omnibus gentibus salutem, quam obsignat baptismo, impartiri vellet.

41

Quod autem in multis baptismus est tantum literalis, hoc non fit Dei consilio & voluntate, qui verè suam gratiam baptismo offert & obsignat: sed hominum culpa, qui à pacto cum Deo in baptismo inuito turpiter discedunt.

42

Nam vt Deus promittit & promissum obsignat baptismo: ita par est

est vt homo
spondeat.
vtraq; pars
ges seruabit
Petrus bap
onem bonæ
Deus enim
mittit grat
de respond
freta resur

Cum
onibus co
de volunt
quæ volu
destinati
mam ten
qd volu
MISS
PRO

est ut homo ab altera parte fide re-
spondeat. Siquidem in omni pacto
utraq; pars pacti conditiones & le-
ges servabit. Atq; eam ob causam
Petrus baptismum definit stipulati-
onem bonæ conscientiæ cum Deo.
Deus enim baptismum offerens pro-
mittit gratiam, conscientia verò fi-
de respondens in pacto acquiescit
freta resurrectione Iesu Christi.

43

Cum itaq; ex his demonstrati-
onibus evidentissimè nobis constat
de voluntate Dei paterna erga nos,
quæ voluntas est causa & basis præ-
destinationis & electionis nostri, fir-
mam teneamus fiduciam salutis, &
quod voluntatem Dei paternam in
MISSIONE FILII, IN
PROMISSIONE, IN MAN-
C DA.

DATO, ET IN OBSIGNA-
TIONE GRATIÆ expres-
sam, tanquam ad arcem munitissi-
mam nos recipiamus: nihil moran-
tes decreta stoica quantumuis mag-
nos patronos & sapientes habeant.

44

Porro fines prædestinationis
& electionis nostri ad salutem duos
Paulus constituit Ephesijs scribens:
quorum proximus est ut simus san-
cti & irreprehensibiles coram ipso,
hoc est, ut studeamus sanctitati &
innocentiæ, habeamusq; semper bo-
num propositum: Ultimus ut lau-
detur gloria ipsius à nobis in omni
æternitate.

45

Restat nunc ut nonnihil dica-
tur de usu huius dulcissimæ doctri-
næ

ne prædes-
ternæ, qui
ad Rom:
Ad Roma
prædestin-
& condi-
cludat pr-
mana m-
san salu-
lus præ-
humana
miseric-
via pa-
Christu
Ad E
agit v-
fri non
postol-
dum
recon-
tesac

ne prædestinationis & electionis æ
ternæ, qui duplex ex Pauli epistolis
ad Rom: & Ephes: colligi potest.
Ad Romanos ideo scribit Paulus de
prædestinatione vt ex causa, modo,
& conditione prædestinationis con-
cludat prærogatiuam carnis & hu-
mana merita nequaquam esse cau-
sam salutis. Euertit igitur Apосто-
lus prærogatiuam carnis & omnia
humana merita tollit quo sit locus
misericordiæ Dei in Christo Iesu, &
via pateat salutis omnibus qui in
Christum credere non recusauerint.
Ad Ephesios de hoc ipso mysterio
agit vt ostendat Euangelium Chri-
sti non esse nouam doctrinam ab A-
postolis excogitatam, sed ante mun-
dum conditum in pectore Dei fuisse
reconditam & suo tempore mundo pa-
tesactam. C2 Præ-

Præter hunc duplicem vsum, quorum prior ad confirmationem gratuita iustitiæ & vniuersalis gratiæ pertinet, posterior ad commendationem antiquitatis Euangelij refertur: Erit & hic vsus (quem Paulus attingit ad Rom: 8.) vt statuatur pij nullam crucem, nullam calamitatem, nullam deniq; rem aliam posse impedire salutem credentium quæ decreto Dei æterno nititur.

Hinc consolatio ingens oritur in agone mortis, & summa & inenarrabilis leticia nascitur, adeò vt iam moriturus quasi ouans dicat: in Domino confidit anima mea, non timebo, Christus meus victor mortis est, in hoc ego triumphabo.

Huc

Huc
Viriliter a
vestrum on
num. Cu
nes diligen

Cate
nos in cri
mortis tu
nos ipso
& Christi

Qua
fituenda
hunc mo
ipso ten
probate
quòd I

48

*Huc pertinet illud Daviticum:
Viriliter agite, & confortetur cor
vestrum omnes qui speratis in Domi-
num. Custodit enim Dominus om-
nes diligentes se.*

49

*Cæterum hic vsus confirmans
nos in cruce & consolans in Agone
mortis tum demum locum habet vbi
nos ipsos in Christo esse senserimus,
& Christum in nobis.*

50

*Quare iuxta consilium Pauli in-
stituenda est probatio nostri qui in
hunc modum scribit Corinthijs. Vos
ipsum tentate an sitis in fide, vos ipsum
probate an non cognoscitis vos ipsum
quod Iesus Christus sit in vobis.*

C. 3

Hæc

Huc

Hæc Pauli verba certissimum
 probandi modum nobis præscribunt,
 qui est tentare & explorare an quis
 sit in fide, an Christus in se habitet:
 quæ sane probatio aliunde proficisci
 non potest quàm ex effectibus spiri-
 tus Christi. Nam qui spiritu Christi
 ducuntur hi sunt eius. Qui autem du-
 cuntur spiritu Christi cogitant, a-
 mant, prosequuntur quæ sunt Chri-
 sti, & nihil antiquius habent quàm
 totam suam vitam Deo approbare.
 Hinc est illa in sanctis pugna spiri-
 tus aduersus carnem.

Huc & illud Pauli pertinet.
 Milita honestam militiam retinens
 fidem & bonam conscientiam. Nam
 hæc certissima sunt inhabitantis
 Christi

Christi testimon
 et illi conscient
 tus operibus.
 scientia & p
 et a testimon
 ubi cont anima
 ubi est propo
 prorsus fides e
 a que lam de
 variis man
 tant, &
 C

*Christi testimonia. Vbi enim fides
est illic conscientia purgata est à mor-
tuis operibus. Quare & bona con-
scientia & pium propositum fidei sin-
ceræ testimonia sunt. Contrà autem
vbi contaminata est conscientia, &
vbi est propositum peccandi, ibi nulla
prorsus fides est, nisi forte hypocriti-
ca quædam de fide gloriatio, quam
vanissimam esse opera ipsa decla-
rant, & diuus Iacobus
commonstrat.*



Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



